



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XXIII. De poenitente non admittendo ad clerum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ri quod possit docere, quo multo tempore baptismum possit probare: ut bene probatus veniat ad clerum, secundum præceptum Apostoli dicentis:

1. Tim. 6. *Non neophytum; ne in superbiam elatus, in iudicium incidat & laqueum diaboli.* Si succedenti tempore in aliquo graui peccato a duobus vel tribus testibus fuerit conuictus, depositus de gradu suo cesset a clero. Si quis contra hanc regulam facere præsumperit, quasi contrarius magni Concilii, proiciatur a clero.

XXIII.

Pœnitens tantum, si necessitas aut vsus exegerit, inter ostiarios prius deputetur, vel inter lectores; ita ut euangelia vel epistolam non legat. Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiaconos habeantur: ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant. Ex pœnitente enim dicimus, ideo quod post baptismum pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, aut grauissimis peccatis, publicam pœnitentiam gerens, diuino fuerit reconciliatus altario.

XXIV.

Dist. 25. c. Si quis presbyter.

Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cum discuterentur, criminosa peccata sua * celauerunt, & post ordinationem ab aliis sunt detecti; abiiciantur a clero. Similiter & de vniuerso ordine cleri seruetur. Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta & catholica defendit ecclesia.

* confessi
sunt, alia
legatur
confessi
non sunt,

XXV.

16. qu. 1. c. Si quis presbyter. & Neocæsar.

Si quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem confessus fuerit, qui antea

tea